O Uiri prudentiſſimi ſub baculo ſancti Petri attẽdite queſo reynardus lolbardus in quadã viſiõe ita videns tribulationes cleri in eccleſijs ſancti Petri prorupit in hec verba.Poſt hoc certabant duo fratres habentes vnum baculum in ambabus manibus.Unus rubeã crucẽ inferius geſtabat.Alter nigrã crucẽ ſuperius:⁊ tot⁹ clerus triſtabatur.Acceſſerũt lupus ⁊ vrſus rapientes baculum. Steterunt fratres contriſtati timendum ꝙ tẽpus adſit. Datur intelligi quomodo ex ducatu gelrie eſurgẽt noua mala lilium intromittetur:⁊ vrſus cruciens eccleſiam Colonienſem De poſt ad Treueros aſcendet lupus aduerſarius eccleſie: vt rapiat ſubſtantiã eius.Unde figuratur Geñ.xlj.vbi legitur.Alie ſeptem boues egrediebant de fluuio:fede conſecteqꝫ macie et paſcebantur in ipſa annis ripa in locis vberrimis:deuorauerũtqꝫ eas quorũ mira ſpecies ⁊ habitudo corporũ erat. Dat intelligi quomodo ſeptẽ nequã deprimẽt terram.Treuerenſem emergent vt euoluẽt.Et dicuntur fede.quia eccleſiam cũ clero maculabunt.deformantes cõuerſationes honeſtas.Et ſunt confecte macie quia exhaurient pinguedinem religioſorũ ⁊ prelatorũ:paſcunturqꝫ in ripa annis continue fluentes. O moſella fluens in regnũ placa creatorem. Et poſt tribulationes plurimas fugabis tu o crux rubea vt fidelis iſrael. Illos ſeptem nequam vt figurat Deuterono.vij.ca.dicens:Iſrael de terra ſancta:ſeptem gẽtes fugauerũt. Gerſeos:Amoreos:Eueos:Etheos:Chananeos.Iebuzeos:⁊ Phereſcos:Depoſt manebit ĩ pace loc⁹ tu⁹ o crux ſancta baculuſqꝫ euchariſti.

D Atur intelligi poſt inteſtina bella incepta inter dños reuerendiſſimos Treuereñ.⁊ Colonieñ. venient vrſi ſilueſtres.ac lupi interfectoriales.Secularitas tribulabit eos ſub Maximiliano vel Francigena:⁊ illa tribulatio ſimulabitur tribulationi que fuerat tẽpore Machabeorũ:in qua tribulatione ſummũ ſacerdotium fuerat occupatum a yecone:Menelao:Liſiniaco:⁊ Archimo.Et ipſis tri-

bulationibus finitis: chriſtus princeps pacis naſcebatur in carne. ⁊ Octauianus a populo romano recepit mūdi monarchiam. Et ſic ſummū ſacerdotiū vacabit per mortē olim Macha. ſic ſub iſto Maximiliano vacabit heu ſedes Romana: vt credo per annū cū dimidio: vt habet. v. ⁊. vj. c. libri cirilli. In quo tpe tribulatio magna erit ⁊ reſurget nouus ordo ⁊ noua reſtauratio in eccleſia: ⁊ multi pſeudo pontifices erunt ante reformationē in Italia ⁊ Romania. vñ Sibylla erithrea clariſſima prophetiſſa ſentiēs aduentū pulli poſt matrem aquile: ⁊ pſeudo pontificū qui erunt eius tēpore dicit. Poſt hec veniet altera aquila que ignem fouebit in gremio ſponſe chriſti: et erunt tres adulteri: vnuſq; legitimus qui alios vorabit: ⁊ erunt tria noīa blaſphemie cantus abominatio aſcendentis in conſpectu altiſſimi ⁊ finis eius interitus.

¶ Dicit tres pontifices falſos per papā deponēdos propter vitia ⁊ erroneas predicationes eorū. Capitulum. xv.

Sibylla Cretenſis ſic loquitur de aquila et lilio ⁊ pſeudo pontificibus: erit in inſidijs ſpōſe agni depauperās cultū eius ⁊ erūt ſponſi tres adulteri: vnuſq; legitimus in cantu debilis: qui alios vorabit. Deinde cantabit gallus optima fiet reſtauratio in ea. Et fulminabit ipſe legitim⁹ papa ſententiam in tres alemannos prelatos tanq̄ inobedientes ⁊ rebelles ſpōſe agni. Datur intelligi. Erūt tres adulteri pſeudo pōtifices epiſcopi ſimul orta diſcordia inter illos. Unus canonice ⁊ legitime electus a papa: in cantu debilis dum adulteris reſiſtere nequit. Unus adulter alios vorabit vt expellat et interficiat tria noīa blaſphemie predicantes hereſim cōcitauimus populū contra clerum: cuius cantus abominatio: quia ſimoniaca labe reſperſus erit quouſq; pes vn⁹ ⁊ ſex digiti numerentur: finis eius interitus caſualis. Unde propheta. Diſperdam noīa idolorū de terra. i. eccleſia. Cātabit gallus. i. verus papa: optima fiet reſtauratio erroribus extirpatis: et ſub ipſo aquila finientur tribulationes cleri: q2 poſt ipſum imperiū deſtruetur. Illud attēdite o religioſi Treuereñ. ⁊ vos philoſophi Colonieñ. ne lupi rapaces introeant in ouile veſtrū. Fratres enim eſtis: ne alij accipiant coronas veſtras. Temporib⁹ enim veſtris exurgent noua inaudita in eccleſijs veſtris que almi potens auertat.

Digitized by Google

¶ Quomodo illo in tempore religiões multe la-xabuntur a primitiuo feruore ſue inſtitutionis ex reuelationibus Joach[illegible]. Capitulũ.xvi.

MUlta mala cadẽt his annis ĩ religioſos ac deum colentes. multa nāqꝫ inter ſe diſcrimi-na ſimulantes: iurgia exercebunt. Ipſorum caſti tas iuſtitia/pietas/parcimonia/ſobrietas ⁊c. di-minutionẽ paſſura videtur propter Martẽ con-iunctionis magne: diſpoſitorem in ipſorum domo. Unde in-ter ipſos rixe contentiones: odia cũ liuore orientur Ad plura nõ ad oĩa vitia precipites erunt. Stupra: adulteria exercẽtes: latenter: ⁊ ſimilia. Unde in libro lamentationũ Hieremie p-phete dicit Joachĩ. Certe vita contẽplatiua: olĩ in veteri lege viguit ſub Helia ⁊ Heliſeo ⁊ filiis prophetarũ in filiis iſrael: Sed qꝛ torrẽs carith deficit in eis gratia ſpiritualis propter errores nefarie Jeſabelis: vita ipſa migrauit ad grecos: ſub Paulo primo heremita: Antonio ⁊ aliis heremitis. Inter eos quoqꝫ reperti ſunt hereſiarche ⁊ falſi religioſi vtriuſqꝫ ſexus: qui qꝛ fornicati ſunt a deo ſuo vita ipſa ceſſauit. O viri euãge-lici monaſticã vitã ducentes attendite: ex quo fractum eſt ca-piſterium ſupra menſam ⁊ regula monaſtica eſt diuiſa: nõ po-teſt niti ieiuniis ſed deliciis epuliſqꝫ vacare. Eatenus expul-ſa eſt ſpiritualis veſtra religio. ⁊ dabit̃ gelus ⁊ gebelinis. Hic et Eſaias. Egeni ⁊ pauperes querunt aquas ⁊ nõ ſunt: lingua eorum ſiti aruit: proinde dabo in ſupinis montiũ flumina: et in medio camporũ fontes. Datur intelligi quomodo abbatie monaſteria ⁊ prelature ſubiicientur tẽporalibus: ⁊ metebunt vbi non ſeminauerunt: colligent vbi non ſparſerũt: Unde tu-lerunt inde aurum meũ in iram ⁊ doctrinã a monaſteriis: fe-cerunt inde Baal locũ Martie principes ſeculares. Aurũ eſt etiam diuina ſcriptura: quam ex decretorum ⁊ aliorũ compo ſitionibus auferunt: ⁊ in decretales ⁊ auaras ſentẽtias doctri naſqꝫ trãſfundunt ipſi religioſi. Sic neceſſe eſt vt lingua ſim-plicis ſiti areat auaricie: quã libra ⁊ proſiua doctrina euange lica non irrigat. Hec eſt illa ſitis ⁊ ſiccitas areſacta cupiditas de qua dicitur. Samaritana hydropica biberit ſuperuenien-tem aliam non extinguit. Montes ſunt prelatiꝛ magni abba tes in ſeculo ſua gymnaſia erigentes. Supini colles: viri reli-gioſi: priores prepoſiti. Sed cãpi ſunt fideles ſimplices: oẽs ergo ſitientes venite ad aquas. Heu circũquaqꝫ monaſteria

depauperabunt. Ipſi ſeculares ſunt iſti eq̄ varii coloris ⁊ fortes ad diſcurrendum vias monaſteriorū: ⁊ terram deſignatī in Moyſe ⁊ Helia: quoꝝ vnus pharaonē ⁊ ei⁹ exercitū deicit in mari rubro. Alter Achab cū Jezabele ⁊ ſacerdotibus Baal: zelo diuino peremit. Sicut ordo Tēplariorū interiit. ſic Benedictum: Anthonite: Carthuſienſes amittēt plura: cū Bernarditis: premonſtratenſibus ac aliis: et fere oīs religio merebit ſubſiliade preſenti benigniſſimi Jouis oppreſſione O viri euangelici rogare Booz dominum meſſis: vt expandat pallium gratie ſue ſupra vos: q꞉ ꝓpinqui eſtis mihi indulgēdo.

¶ Narratur origo francorū ⁊ futurus eorum ſtat⁹ deſcribitur ſub ꝓprietatibus bonis ⁊ malis galli. Capitulum. xvij.

Collegi ex dictis antiquorū galliā traxiſſe nemen in galla grece quod eſt lac latine: eo qđ nitidiores ſunt hiſpaniolis ac ceteris: videtur quod non incongrue gallia dicatur etiam propter proprietates galli que ſunt triplices.

Nam primus gallus dicitur malus: q꞉ ē ſuperb⁹: clamoroſus: luxurioſus: inconſtans pronus ad lites: pronus ad pacem. Unde gallici qui has ꝓprietates habent: ſciant ſe vel clam aut palā de via gallicorum genere traxiſſe originē. Proprietates galli boni ſunt iſte. Pulcher ī corpore: pulchrior plumatus q̄ deplumatus audax: hilaris: amatiuus et liberalis. Iſte qui ita fuerit de nobili proſapia gallorum traxit originem: vel conſuetudo mutauit in eis naturā viliorem. Porro he ſunt proprietates galli optimi: circūſpectus euigilans ſeipſum aliis: poſt excitans gallinas id eſt ſubditos bene regens ⁊ fecundans: granum ex palleis eliciens: proximis cō diuidens. Iſte gallus eſt ſpiritualis prelatus in eccleſia.

Notandum a Priamo vſq꞉ ad Faramundum: ⁊ a faramundo vſq꞉ ad Heldericum oēs reges et principes gallicorum fuerunt gentiles ⁊ pagani. Hic Heldericus cognouit ancillas ⁊ vxores eatenus expulſus ad Thuringiam ad Baſamū regem confugit: ⁊ coniugē eius Vaſtuā illicito coitu cognouit: que genuit clodoueum de adulterio gentilium: quē ſic procreatum Remigius baptizauit. Ex iſto clodoueo oēs reges Francie chriſtiani fuerunt. Et prim⁹ Karolus qui dicebatur marcellus ex adulterio natus fuit ex

patre Pipino ⁊ Alpaida matre: qui Karolus expulſis filijs legitimis patri ſui Drogente ⁊ Gymnaldo ſucceſſit patri in regno. Erat tyrannus: multas clero ⁊ eccleſie inferens inſidias Hic fuit de malo gallo. Cum moreretur idem Karolus: papa ſomnium habuit in vrbe: ꝙ Karolus marcellus francorū rex mortuus eſſet in Treueri. ⁊ cū corpore ⁊ aīa duceretur in infernū. Miſit ergo papa nuncios ad epiſcopum Treuereñ. q̄ apto monumēto ſerpentem inuenerūt mire magnitudinis: corpore non inuēto. Et dicitur in libro regum francorum ꝙ de karlingis. i. de ſtirpe regis karoli franci ſuſcitabitur imperator in nouiſſimis nole. P. qui erit princeps: ⁊ monarcha totius europe reformabit eccleſias ⁊ clerum: poſt illum nullus amplius imperabit. Ergo manifeſtū eſt ꝙ ſicut Romana eccleſia dei ſit regnū romanū: ⁊ ſimiliter regnū dei. De quo regno illud dicit̃ qḋ Jeſus dixit diſcipulis ſuis. Uobis inquiēs datum eſt noſſe myſterium regni dei. Illis aūt qui foris ſunt in parabolis vt videntes videant. Si eñ opa que myſtice fiūt in hoc regno dei: palam cunctis dicerentur. nō ſolum carnales ⁊ ſuperbi non intelligerent. quinimmo ipſi potius veritatem peruerterent in deriſum.

¶ Uaticinium ſancte Brigide virginis ſub ſimilitudine lilij creſcentis in agro occidentali.

¶ Capitulum. xviij.

Brigida de ſvvetia in reuelatione ſua dicit. Egredietur lilium ex agro occidentali: erit creſcens in mile milia in terra virginali: recuperabit amiſſa odore ſuo rigabit venenoſa ⁊ erit fortior cedro. O iuuenis in terra lilij: attēde ꝙ noua teſta capit inueterata ſapit. Impinge tabule cordis tui que huc uſqꝫ raſa: queſo clementer vt regibus congruit. Corrige conſcientiā tuam ſtudeas an ſis de gallo bono vel malo. Nā de bono gallo antiquum ppheticū inuenitur ita. Aquile grandi ſociabitur liliū ⁊ mouebitur ab occidente in orientem cōtra leonem. Leo carebit auxilio: ⁊ decipietur a lilio: fragrabit lilium in alemannia. vnde laus ſua vltima volabit ſub aquila.

¶ Quedam proſpera regno Francie predicuntur et tria lilia myſtice chriſtianiſſimi regni exponunt.

Capitulum. xix.

Digitized by Google

DE laudibus lilij ita ſubinfertur. O Frā
cia terra nobilis: qui talem fers florē: qui arbo-
rem areſactam iam annis multis tranſactis: ſo-
la odoris appēſione vireſcere faciet. ⁊ amore cha
ritatis inflammabit aquilam orientalē volādo
ad arua alis duabus fulgens in montib⁹ chriſtianitatis. Il
lud eſt lilium odoriferum. Unde apes fidelium in eccleſia ſu-
gent mel affectionis ac deſiderij. Rebelles ſugent venenum
lamentationis in agro virginali ⁊ liliū cū aureolis ſtabit il-
leſum. Illud lilium afficient puellule ſcorpionis alemannice
nationis appendere fertis feſtiuitatū. Unde lugubriter luge-
bunt. O iuuenis in terra lilij attende ne dicatur. Ve terre/in
qua rex puer. Cū tu ſis ille qui agrū ſapphyreum fers ſub ce-
lo trib⁹ aureis lilijs inſitū quid te docebūt. Nam primū liliū
predicat te ⁊ ſucceſſorem eſſe: ⁊ miniſtrū altaris vicarij chri-
ſti manum ſiniſtrā tenentis in epiſtolis vniuerſarum natio-
nū. Secundū lilium predicat te ⁊ tuos eſſe colūnā chriſtiani-
tatis in parte occidētali ab iſto lapide marmoreo: qui abſci-
ſus eſt de monte ſine manibus. Tertiū lilium predicat te eſſe
aduocatū ſponſe xpi gerens aureolam lilij in capite optimi
odoris. Ergo vocitaris chriſtianiſſim⁹ inter oēs reges. O cā-
dor lilij micans in eccleſia: quod lilium angel⁹ infixit. Remi-
gius francoꝝ apoſtolus vnxit Dionyſius demonſtrauit. Lu-
douicus exaltauit. Frācia nutriuit. Gallia decorauit. Attende
nam ſi de malo gallo ꝓceſſiſti: ſcias illud ſub regimine tuo.

¶ Quod proſperitas magna regem frācie exaltabit: ⁊ admouendum grauamina eccleſie ꝓuocabit. Capitulum. xx.

POtens eſt deus ⁊ frācos ſuſcitare ad-
uerſus eccleſiam: quo eam humiliabunt. Heu
ille qui eſt of infamia: famoſiqꝫ ſceleris macu
lat⁹ felicibus ſemper auſpicijs ⁊ maximis ho
norū cumulis cruento adhuc gladio tyranni-
ca cupiditate ac Martiali ſeueritate ad cul-
mē extollet regni: iuxta ſtatum vniuſcuiuſqꝫ.
Ut heu heu bohemorū hereſiarche felicitas exaltata eſt ⁊ ſpi
ritualitas ſuffocata. Illum vero quē virtutum adornant inſi-
gnia ſalutiferi Iouis paſſione maxis erūnarū calamitatib⁹
precipitem celeritate oppoſitū: lugubricam immatura faciet
morte perire. Ut tempore Karoli nouiſſimi regis Frācie: co-

Digitized by Google

mes de armignac: ⁊ Ludouicus delphinus. Heu in alta Alemānia contra catholicā ordinationem cruentis gladijs: incēdijs ac rapidis vultibus exercuerunt. Sic ſub nouello innocenti. quem puerū vereor vocitare. Heu varia orientur incōmoda tam: in clero ꝙ in populo: nō verentur ſui extermināre loca ſancta. O puer attende an bonus gallus ſis: iſta te informabunt: an chriſtianiſſimus ſis. nam ſi de bono gallo traxiſti originē: quare columnas regni tui non erigis: non aliis tuis excitas: eiſq; grana bone fame ac honoris oſtendas: ſcꝫ ſacerdotium: regnum ac ſtudiū parrhiſienſe. His ſiquidē tribus colūnis tanꝙ tribus virtutibus: videlicet vitali/naturali/ac aīali: liliū viuificat: augmentatur atq; regit: ⁊ tanꝙ fundamento pariete ⁊ tecto. Idem regnū tuū quaſi materialiter perficitur: hoc autem ſcias ꝙ in diebus tuis inſtabunt tēpora periculoſa: que prius non fuerunt: peiora ꝙ ſub Puſella. Nam proprij tui aduerſum te ſurgent: vt folia lilij diſtirpent: ⁊ liliū in agro virginis areſaciet: ⁊ ſic malus gallus male perdetur. Ergo princeps apoſtoloꝝ te ⁊ tuos docuit dicens. Deū timete: ⁊ regem honorate Romanorum. Cetera in libro verborum huius interpretationis ſunt ſcripta. Vale.

¶ Aduerſitates magne rex Bohemie cōtra eccleſiam ſuſcitabit armis ⁊ erroribus ⁊ tandem turpiter peribit. Capitulum.xxj.

IMaginandum ⁊ firmiter credendum eſt ꝙ noſtra demerita peccata ⁊ heu varie preceptoꝝ dei tranſgreſſiones: ⁊ ſine dubio irrefrenata cupiditas ſeu concupiſcentia: que nō contenta debitis luminibus proprijs iniquo curſu ſibi vendicat aliena. Que noſtris nunc tēporibus heu valde multipliciter/⁊ intrepide a nonnullis vtriuſq; ſtatus tā ſpiritualium ꝙ ſecularium exercetur hominibus: ita ꝙ Chriſti militās ſpōſa non videtur a capite vſq; ad plātam pedis: tanta peccatoꝝ vulnera per oīa noſtra membra tanꝙ habuiſſe: quāta his tēporibus ſuſtinet ſine fallo. Nō eīn aſtra neq; eclipſatiōes nos torquent. Sed peccata ⁊ heu facinora que facim⁹ numero carentia. triſticias. merores. mortes. morbos. famem. guerras. heu ⁊ ꝙ plura alia impedimenta ſupra nos euocant et dolores. ¶ Heu Beelphegor hereſiarcha Bohemorū regulus venenoſus/qui ſe pro rege Bohemie gerit: Romane eccleſie: ac orthodoxe fidei hoſtis acerrimus: per hāc ſeuam eclipſatio-

Digitized by Google

nem ſponſe chriſti turbationes plurimas: noualiaqꝫ affert.
Heu egregioſqꝫ viros interficiet. O iuuenis ad bella ductus
per tuos quomodo audes viuere in ſtatu: in quo mori nō au-
des: neſcis ꝙ ſepelieris ſepultura aſinina. Progenitores tui vi-
ri catholici: viri famoſi. Quid tu gloriaris de doctoribus tuis
excōmunicatis. Verū eſt tu colligis conuentū cū ſtraminibꝰ:
arenam cū lapidibus: argillam cū cinere: de quibus nullum
murū conſtrues. Tu pelles mortuas vis conſulere: id eſt do-
ctos: hereticos: qui neſciunt quid dicunt. Sequere paulū: q̄
non eſt miſſus ad legem: ſed ad Ananiā: ſi non hunc: vade ad
Herodē: qui clā didicit a magis vbi chriſtus naſceretur. Ui-
deas ne deprederis volens colligere aurū aurichalcū in ma-
nu tua inueniatur: tamē dominaberis: ſed cito adimplebitur
tempus regiminis tui. Cū enim in etate tenera fuiſti: ſicut a
parentibus ducebaris: ſic feciſti. Iā vbi ratio ſenſui cepit do-
minari: excutere queſo que ſunt paruuli. Qualem queſtioneꝫ
cum lupis: ꝛ cornupetis habes. O virus inſanabile: tua pom
pa vt rex eccleſiam damnat: ſpiritū ſanctum blaſphemat: ani-
mā cum ſubditis cruciat. Doleo vere ꝛ iterū doleo. Nam qui
viderit te plāget: ꝛ lugebit ſuper te virum doloris ꝛ dicet. Ec-
ce homo qui preualuit in vanitate ſua. Si enim Cham ma-
ledictus eſt: eo ꝙ verenda patris ſunt nō operuit: multo am-
pliore condemnatione dignus exiſtis: qui patribus legatiōe
dei: ſiue gentibus contumeliā infers: agnoſce tamen ſtellarū
influxus: ſicut radium ſolarē deſcendere ſupra aurum et ſter-
cus. Vere turpiter ſubibis. Corrige ꝛ emenda vitam tuam: et
idolum tuum excōmunicatum: anathematizatū: a patria ex-
pulſum: vt viperam fuge: intoxicabit alam tuam ſine fallo: et
poſt te veniet qui eccleſiam Pragēnſem adducet ad matrem
fidelium: et erit noua reformatio in Bohemia.

❧ Reges vngarie multa pro manutentione eccle-ſie facturi in rebus bellicis ſtrenue predicuntur.

Capitulum.xxij.

HEu inuidi et ſola auaricia principum ꝛ gu-
bernatorum multos infatuauit multoſqꝫ ſeduxit:
et ꝙplures iugulauit. Qui totam ſubſtātiā corpus
proprium ꝛ ſubditorum cauſa fidei dedit in perpe-
tuam memoriam. Hec memoria veneno inuidie/
veneno auaricie deletur: lapis angularis vnitatis ſcinditur:
glorioſus vngarorum rex ꝛc. mediocriter diſponetur: qꝛ re-

Digitized by Google

trogradationem patietur. Si in laudē tuā o Matthia aliq̄d dictauero: minus erit quodcūq3 dixero. Nā opera ſumme magnitudinis tue nō pōt explicari lingua carnis ſed tūc eam ſcī laudē verius explebim⁹: quū hoc nos explere nō poſſe cognoſcimus. Tunc facū dius loquimur: cum ab his obſtūpeſcendo reficimus. Ad narrādum magnifica opera tua habeo defectū in calamo/ totum conſtantinopolitanum imperiū predicat: tota eccleſia collaudat: tu ſolus clypeum crucis xp̄i aduerſus Thurcum erexiſti. Tantus enim ſplendor in laude tua. tanta in magnitudine. tū conciliū dignitas. vt hec a virtute donata. quibus viues tempora longa. inuictus cetera a fortuna commodata eſſe videntur. Depoſt domuiſti plures gētes inhumanos vvienenſes. claros auſtrales extraxiſti caudam pauonis cepiſti ciuitates et oppida. Flagellū dei fuiſti permiſſiue cetera omitto. Sed tantum ea viciſti que naturam ꝛ conditionem habebant vt vinci poſſent: nulla enim tanta vis que non ferri viribus debilitari frangiq3 poſſet. ac animū vincere: iracūdiā cohibere: victoriam tēperare. iuſticiam colere: fidem ſeruare pacem proſequi. rectos fouere. ꝛ quod omnib⁹ his maius eſt deum timere. imperatorē honorare. mandataq3 eius ſeruare nouiſti: nihil enim eſt operis manifeſtum: quod nō aliquando deficiat. ꝛ conſumat vetuſtas. Dicente ſapientiſſimo Salomone. Omnia orta occidūt et ſeneſcunt. Beatus igitur populus tuus viri tui: vt ait regina Saba ad ſalomonem ꝛ beati ſerui tui qui ſtant corā te. Domabis ꝛ aliā gentē vbi famā et laudem acquires vltimā. Sed poſt te exurget maior te flagellum longiturniter percutiens canes infideliſſimos. Hec arguuntur ex domino terre tue: ꝛ gens ſagitaria regnabit tempora longa in chriſticolis tuis ꝛ regnū vngarorum dabitur et reſeruabitur alteri qui erit pius et multū miſericors quo ad eccleſiam. Ipſeq3 reformabit eccleſiam Pragenſem et ſancte Sophie templū conſtantinopolitanū. Scādetq3 ad ardua inter catholicos. ſed non de ſanguine matthie ſed de rupibus. ſ. orietur. et exiet Rex ſinceriſſimus.

ℭ Ex eclipſatione predicta varia proſpera et aduerſa comiti Palatino predicuntur ex imperatore et rege francie.

Capitulum. xxiij.

Digitized by Google

VIctat iuris naturalis eq̄tas: ꝓbat hoc re/
cte rationis ꝑſpicacitas. Atteſtantur hoc annales
qd̕ principū geſta ꝯuenit cōſcribere: ne obliuio ma
ter erroris īteruenia. Cōgruit itaqꝫ ſepi⁹ cōſpice/
re eadē quaten⁹ ex eis eluceſcat: vñ bon⁹ cōmēdet̃
ꝛ mal⁹ vituperetur: vt ſicut tāq̄ ex relucēti ſpeculo valeāt ex/
tergere ſordes criminū: ꝛ īmaculatū laudare dñm liber. Igit̃
hui⁹ comitis Palatini intueri ſue exaltatiōis initiū. vt pateat
q̄ honeſtū fuerat ſue cōuerſatiōis p̄icipiū. Nā ſplēdor pater/
ne glorie ꝛ cādor lucis eterne clare fundens ex ethere theſau/
ros ſue gratie ī ipꝫ comitē palatinū tā morū q̄ ſapiētia. Duos
eñi micātes radios largifluos ꝑ lacteū circulū ſue clementie.
Sic q̄ p̄e multis p̄icipib⁹ quaſi colūna nubis cādida regio/
nalib⁹ ſic diuinit⁹ miſſa eis fluuiū reni. Hic comes Palatin⁹
nō eſt idolatra: ſed ver⁹ dei ꝛ xp̄iane religionis cultor: ꝛ teſtis
optim⁹. Quid aūt huic iuſto: pio: clemēti principi p̄ſens ecli/
pſatio portendat audiat dominus meus benigno fauore.

¶ Vari⁹ ſtat⁹ comitat⁹ palatini p̄noſtice deſcribit̃ ex ruptiōe federū ꝛ offenſiōe imꝑatoris. Ca. xxiiij.

SEuiſſima et valde horrēda hui⁹ eclipſis
erūt portēta ꝛ lōge ſeuiora q̄ ab holm memoria
habita aut viſa fuerint. adeo vt admulgatiōe ſi/
gnificatiōis ei⁹ me ꝓpemodū horror deterruit.
lōge nāqꝫ malicia ꝛ ſeuitate eclipſim illā p̄cellit.
q̄ maiores noſtri Martini pōtificis t̄pe fuiſſe narrāt regib⁹
q̄dē ꝛ p̄ncipib⁹ minime ꝓfutura. ſed plurimū noxia. Ex quo
eñi in ſigno regali ꝛ capite fuerit zodiaci maximā regibus et
dominātib⁹ iacturā inducit. Et cōtra eos vario infortuniorū
genere craſſabitur: plurimis q̄dē ipſoꝝ repētinū ꝛ inſperatuꝫ
mortis decernit exitiū. O dux ſinceriſſime fortunā īfluxā a ce
leſtib⁹ noli amittere. Tu imitaberis domeſticos tibi cōtrariā
res. Regē liliū excitabis. Aq̄lā dormiētē ꝓuocabis. Leonē ſil/
ueſtrē aduerſus eccleſiā inſurgere ꝛ garrire facies. Tu in altiſ
ſimo cacumine ſcale tue Criſtis. Aſpectū amicabilē arripuiſti.
A leōculis honorē ꝑcepiſti. Indolos p̄paraſti. Leōculos do/
muiſti. Attēde q̄d dicatur. Qui ſe exiſtimat ſtare: videat ne ca/
dat. Heu qd̕ lilia ī agris tuis ſuccreſcēt. Nā ſubditi tui ꝑ hanc
ſeuiſſimā eclipſationē ab inimicis aut emulis opprimentur.
Etiā a ſubditis ꝛ familiarib⁹ dominādi cauſa patiētur īſidias.
Similimodo ciuitatib⁹ ꝛ villulis tuis gubernatorib⁹ ꝛ p̄ſidi/

Digitized by Google

bus; crudeli ſemꝑ feritate pñs eclipſis obſiſtet: variiſqꝫ peri[c]li tabūtur inſidiis. Alios nāqꝫ ex honorib' ꝛ amminiſtratiōib' ſuis cū dignitatis iactura deponet. Alios ſub pꝛīcipatu turbulentis ſeditionib' oppꝛeſſos populariū manib' diſſipatos taliter īterimēt: vt mortis eoꝝ autores nec inueniri poſſint nec dici. Et vt ī ſumma dicā cūctis pꝛincipib' baiozicā terrā tenētibus: ac ibidē regnātib' funeſte calamitatis decernit p̄ſens eclipſis incommoda.

O Princeps illuſtriſſime q̄ leonē geris ī capite coronatū liberū omni īpedimēto. Attēde vt p̄ncipibus cōgruit clemēter. Nā iuxta dictū p̄ncipis aſtrologie Ptolomei. Uir ſapiēs ꝓdominatur aſtroꝝ īfluxibus: p̄ſens eclipſatio ꝑdicit tibi et tuis fortunas varias. Nam tibi ꝛ tuis leonculis montenſibus maximo glorie conferentur īſignia: aut tu vel de ſanguine tuo vnus erit equitum dux: aut peditum ducens exercitum: aut nauale cōmittetur imperium: aut aliter vt cumqꝫ appꝛime equo vect' militares exercebis armaturas: vite neciſqꝫ poteſtatem acquires. Aduentum tuum ciuitates et caſtra ſemper perhoꝛreſcent: et niſi eclipſis contra operaretur proceſſu tempoꝛis omnis felicitatis ſubſtantia tibi ꝛ tuis accederet verum fatidica hec eclipſis in pꝛecipitium et male moꝛtis exitium ducet: niſi pꝛudēter vigilaueris. Quia ab aquila leo montenſis patietur ve et lamentum. Ergo princeps illuſtriſſime neceſſe eſt vt ſiderum interpꝛetes aſtroꝝ iudices ſcientes celeſtes influxus ruinam principum ac infoꝛtunia non ceſſent pꝛedicere: vt cognoſcas vnum ſolum principem in celeſtib' dñare.

¶ Moꝛtalitates per gladium et decollationes et ſanguinum effuſiones: quas celū ꝛ ſtelle influūt ꝛ indicēt. Spero ſapiētes tui o dux recolēde: amicabiles quoqꝫ ꝯfederatiōes cauſa q̄etatis ꝛ honeſtatis ītromittēt: influxus enī celeſtes aliquoꝛum mētes hoīm mulcebit. Uel īſidie placabūtur. difficile enī erit oꝛtas inſidias poſſe ad bella et ſanguinum effuſiones deuenire: niſi particularis reuolutio potenter id impellat. Si quos vero moꝛi contingat: quicunqꝫ dictarū moꝛtalitatū alicui de radice geminoꝛum: vt infra patebit erunt. Itaque erunt anni plures ſubintrantes ciliadem pꝛeſentem pacifici et pꝛoſperi et ſatis fertiles compaſſione iam ad multos pꝛeteritos annos ꝛc. Patet etiam foꝛtunam pꝛoſperam arriſum ire his quoꝛum radix eſt ſagittarius. Hi ſunt qui iuſticiam: honeſtatem: et pulchꝛitudinem roboꝛatas lege nature ꝑ fundamēto habēt: occaſione cuius cōmotiones intricatiōes faciēt ī vſur-

Paris per geminos:q̄ iuſticie honeſtati paci vtilitati deroga-
re videtur ⁊ timebitur difficultas magna ſub principatu tuo
que tamen ſine laudabili terminabitur. Maius tamen
periculum quod tibi vel tuis o ſinceriſſime princeps im-
minebit:in mancipatione nouitatū. In tuis itineribus con-
tinget et in montibus ad loca aliena cauſa bellādi. In pactis
vero et cōpromiſſionibus federibus et ordinationibus tuis
pluſq̄ bellis ad exercituū motibus proficient ſine fallo. Leo
ergo in montibus ſecurus dormiet:et in ſpeluncis venatores
eū veſtigia eius nō ꝯſiderare pn̄t:niſi ingreſſu ⁊ deſcēſu. Hec
corde reconde ⁊ in terris et oppidis tuis:hec ſignificata con-
tingent ⁊ ſurgent ſub tuis nouitates cū quadam decentia et
pulchritudine. Et quecunq̄ȝ dicta ſunt per me de tua potenti
ſerenitate. Intelligi etiā debent de ſtatu et officio et artifico:
circa populares tuos ⁊c. petent cū humilitate veniā. Sed de
ſanguine tuo eſurget maior in regimine celi rotunditas illa
parit. Confederatio tua funiculus tuus rumpetur fides con-
federatio frangetur tibi. Aduerſum te excitabit aquila beſtias
regni:proximi tui exurgent ⁊ leonculi parū dabunt fugam ⁊
metuebunt. Illa arguuntur ex ſole domo carū in proprijs in-
dolis patientur leonculi radio ſolari:oriente ac radiante ſole
cetere ſtelle leoniſte obfuſcabunt ⁊ ſicut luna vr̄a a ſole incēdi
ſtis ſic eclipſatiōes:paſſiōes: deiectiōes:patiemini tp̄a lōga.

¶ Deſcribitur ſtatus imperij futurus ex viſione Dañ. de arbore:et varie pugne inter fideles et infideles quibuſdam notulis breuiter referuntur.

Capitulum. xxv.

DAnielis ſecundo legitur poſt viſionem
regis reſpōdit Dañ. Porro q͛ vidiſti partē pedū
teſteam partem ferream. Sicut ferrum non po-
teſt miſceri teſte:ſic erunt ſub romano imperio
diſcordie inter catholicos ⁊ infideliſſimos thur
cos:pars ſolidabitur ſub emperio conſtantinopolitano:pars
altera contereretur. ſ. Trapeſſundorū imperium: tunc ſuſcita-
bit deus regnū celi quod ſtabit ineternum.

¶ Ottomānus prius theucer omniū theucroꝝ gubernatorū
primus extitit imperator bellicoſiſſimus:hic miſcuit ferrum
in chriſtianos:ſemꝑ cū prutenis/Polonis/Tartaris/Ruthe
nis/guerriſans:hincinde ſtrenu᷒ et cōtra fideles chriſtianos

Digitized by Google

ſm oſſi vicinatu ſemp̄ vbiq̄. Aureū caput ſtatue chriſtiane re-
ligionis intoxicans. Ergo inter oēs priores gubernatores:
capitaneos: ⁊ rectores thurcoꝝ: ab eiſdē ſic eſt cognominatus
et connumeratus.

¶ Thamarlinus xp̄ian⁹ maxim⁹ ⁊ antiq̄ſſimus Rex atq̄ for-
tiſſimus olim alanoꝝ: armenoꝝq̄: immo ⁊ tartaroꝝ maio-
ris ⁊ minoris. Capadocieq̄ dn̄s metuendiſſimus. Semp̄ cō
tra oēs thurcos inimicus exiſtens hoſtiliſſimus. nā ſine lege
⁊ naturali māſione vti veſptiliores oēs thurci in multis ter-
ris degebāt: ⁊ ſub viliſſimo inceſſu eos cogebat apparere. Tūc
aurū verſum eſt in ſtareā: ⁊ mutatus fuit color optimus.

¶ Ciramus ſecundus.

¶ Orchanes depoſt chriſtianā religionē intoxicare volēs ve-
nena infidelitatis tādem in Sleſia a magnis polanoꝝ prin-
cipibus iuxta oppidū Nauimark: vna cū ſuis cōmilitonib⁹
et thurcoꝝ coadulatorib⁹ numero. xlviij. militū thurcoꝝ. pau
ciſq̄ euadētib⁹ dei cū adiutorio: ſeuiſſime eſt interfectus.

¶ Amorathes terti⁹ plurimas terras ⁊ prouincias Tartarie
maioris ⁊ minoris iuxta Taffam: mareq̄ pōticū. Helleſpōtū
Euximū vi gladio ⁊ igne ſibi ſtrēnuiſſime ſubiecerat: ſic q̄ im
perator Trabeſundoꝝ ⁊ Thamarlinus rex alanoꝝ ac armeno
rum ꝑpter metū non poterāt reſiſtere ire ipſius heu/ quantū
paſſum eſt aurū ⁊ ſtatua religionis chriſtiane.

¶ Pozaytes quart⁹ regul⁹ venenoſus inſequēs xp̄ianos tan-
dem a Thamarlino rege maximoq̄ metuēdiſſimo alanoꝝ ar
menorūq̄ principe capt⁹ ⁊ ꝓſtrat⁹ fuit in bello q̄ Thamarli-
nus rex ſemp̄ ipſis thurcis infinita maximaq̄ dāna ⁊ mala/
die noctuq̄ gladio ⁊ igne intulit. vt dracol⁹ de molda ⁊ vvala
chia. pariterq̄ ſemp̄ ſtrenuiſſime in et cōtra oēs maledictos
thurcos: oēs ſuos militariſſimos ⁊ egregialiſſimes hoſtiliſſi
moſq̄ act⁹ ſine intermiſſione exercēs: vt veriſſim⁹ Chriſti at
leta mileſq̄ fortis ſemp̄ dimicabat. ne ſtatu a Nabuchodono
ſor celeſtis regis religio caderet. ¶ Calapinus q̄ntus impe-
rator Chriſtianiſſimū Sigiſmūdū in cāpo philadelphie ꝓpe
Schileach diriſſime gladio cōuicerat. multiſq̄ xp̄ianoꝝ com
militonib⁹ eq̄tib⁹ ⁊ peditib⁹ ibidem a thurcis heu miſerrime
ꝓſtratis. ⁊ Sigiſmūdū cū quatuor ſuis cōmilitonib⁹ fugatis
vix euaſis ꝑ hoc obtinuit heu Thurcoꝝ imꝑator Calapin⁹ Tra
peſundarū imperiū ⁊ plura alia munitiſſima loca ac ciuitatū
illius imperij ſibi vi gladio ⁊ igne potēter ſubiecerat q̄ tn̄ per
Eugeniū ⁊ Sigiſmūdū ſubtiliſſime ad gremiū eccleſie fuerūt
reportata. ¶ Salamānus ſext⁹ heu plurimas ꝓuincias ⁊ ter-

Digitized by Google

ras alanie ⁊ armenie tā̄ maioris ꝙ minoris ī ⁊ cōtra potētiſſi
mū̄ Thamarilinū̄ regē̄ ꝑ oīa ⁊ nigromōtana loca cōtinuo de
bellās. Tādē̄ ille impator thurcoꝝ ad oīa ei⁹ vota ibidē loca
opulentiſſima ſummaꝝ ciuitatū̄ ⁊ inclytoꝝ oppidoꝝ vi et gla-
dio ſicut ſuū̄ obtētū̄ habuit abſq́ʒ aliqua reſiſtētia Thamarli-
ni q̄ heu vna cū̄ īperio ſuo ſtrēnuiſſimo Salamāno thurcorū̄
imperatori fact⁹ eſt ſeruus ⁊ tributari⁹. ¶ Orchanes ſeptim⁹
plurimas optimas ciuitates ⁊ caſtra ꝓuīcias ac terras a chri
ſtianis hinc inde ī diuerſis regnis ⁊ ꝑcipue ab īperio Trabe-
ſundarū̄ extorſit a ſupra ⁊ infra etiā̄ maris pontici ⁊ euxini ac
brachij ſancti Georgij vi gladio ⁊ igne vbiq́ʒ potētiſſime obti-
nuit. ¶ Moyſes octauus ipſuʒ orchonē̄ īterfecit ne regnaret
Tandē̄ Moyſes accepit imperiū̄ ⁊ multas ꝓuincias ac terras
Aſie maioris ⁊ minoris. ac Tartarie maioris ⁊ minoris ⁊ infe
rioris maris pōtici. ⁊ maris maioris de Sala. ſic vndecunq́ʒ
gladio ⁊ vi ſibi crudeliſſime ſubiecit. ¶ Machometes nouus
in Sogliana ī Gordiana in Sarracenīaq́ʒ aq̄lonari ī Alania
maiori belligeriſſima ī cāpo tenuſterij ⁊ īfertiliſſima capado-
cia. plurimas die nocteq́ʒ ꝓuincias vrbes ⁊ terras optimas
gladio ⁊ igne obtinuit ac ſubegit: tributariaſq́ʒ īperio Trape
ſundarum heu nūc ſuo ⁊ multas alias terras ſibi potētiſſime
ſubiugauit. O quāta paſſa eſt ſtatua aurea quaſi aurichalcata
et cuprefacta ſancta religio xpiana. ¶ Amorathes frater Ma
chometi obtinuit īperiū̄ thurcoꝝ. Hic Ladiſlaum regē̄ Polo-
nie deuotiſſimū̄ cardinalē̄ Julianū̄ ſancti angeli circa Phila-
delphiā̄ vna cū̄. lxviij. milibus viris electis hominū̄ robuſtiſſi
morum xpianoꝝ viroꝝ gladioq́ʒ diriſſime proſtrauit ſic ꝙ niſi
xxxvj. euaſere. Et dn̄s Joannes Reſchoffʒ miles ⁊ contra Ca-
crouieñ. atteſtatur q̄ interfuit anno. M. cccc. lx. ille thurcus
imperiū̄ Trabeſundarū̄ / teſpaliā̄ / Peloponēſemq́ʒ regna di-
riſſime ⁊ vrbes optimas ſeuiſſime obtinuit. ¶ Machometes
vndecimus thurcoꝝ imperator: gladio ⁊ igne obtinuit Cōſtā
tinopolim / Muſeū̄ / Boſnā̄ / thaſſaʒ / Chiraſondā̄ / Romaniā̄
maiorē̄ / totā̄ Aſiam minorem / Hiſtriā̄ traceam / Greciāq́ʒ to-
tam Croatiā̄ / Ciliam / Schlauoniā̄ ⁊ Dalmatiam / abſq́ʒ vlla
reſiſtentia ſacri imperij aut principiū̄ toti⁹ Germanie alte vel
baſſe: dempto fideliſſimo Matthia vngaroꝝ rege. qui vſq́ʒ in
hodiernū̄ ſemꝑ a thurcis in omnib⁹ ꝓuincijs ſuis eſt damna
tus gladio ⁊ igne. q̄ ⁊ chriſtianiſſimus meretur dici inter oēs
catholicos. qꝛ aurū̄ capitis deſcendit ad ferrū̄ pedis ſtatue et
iam ad lutū̄ declinauit. ¶ Marnetus duodecimus gladio et
igne proch dolor obtinuit Sermam. Ratiam / Theodoriam /

Theodonam. Riſſiā albā et rubeam. Padaleam. Ualachiam maiorem et minorē. Burgariā. Ciputiā. vvurzlaudiā. Moldam. Corinthū. Ephesum ⁊ Schuteriz. ¶ Dogloſius habēs duos filios Danoꝝ ⁊ Zerodū plura maiora regna dīs ſuis fauentibus ⁊ infinitis peccatis noſtris exigētibus. ⁊ magis q̄ omnes priores imperatores thurcorū a cunctis chriſtianis pretendit ſeuiſſimo gladio obtinere. Nam ille dogloſius cum multis chriſtianoꝝ campiductoribus gubernatoribus: primicerijs ⁊ capitaneis exquiſitiſſimis: Rhodū: Ciciliā: Calabriā: Apuliā terrā laboris. i. abrotz: Campaniā: Sardiniam: Corſicā: maioricā ⁊ minoricā. Ceteraqz omnia alia loca inſularia totius maris mediterranei vbiqz giratim et circū circa immaniſſimo: ſeuiſſimoqz gladio et igne hincinde oēs Chriſtianos occupabit pculdubio et dirimet.

¶ Predicit pſecutio grauis eccl'ie a barbaris excitāda q ab hiſpanis ⁊ vngaris deuicētur ⁊ liberatio Cōſtātinopolis ⁊ īteſtina bella ſub. M. Cap.xxvj.

Vnde reinardus lolhardus in reuelatione ſua dicit Ueniet depoſt Dogloſij heres q̄ ſe gloriat de ſaray ſtirpe genitū. Sed eſt de agar: ⁊ agareni appellatur ſucceſſores ſui hi nō edificabūt domos: ſed tanq̄ ferales boies p vaſtas ſolitudines euagantes in tētorijs habitant: de predis et rapina viuētes. Et inter chriſtianos ſeptētrionales ⁊ occidētales oēm beſtiaruz rabiē ſupgradiētur: et manſueti Chriſtiani ab eis cōterentur Unde Methodius. Futurū eſt vt adhuc ſemel in Alemannie partibus cōgregati agareni exeant de deſertis: ⁊ obtinebunt orbē terre in terra lune p octo annoꝝ ſpacia: et vocabitur via illoꝝ via agernitie. Nā ciuitates ⁊ regna ſubuertent. In locis ſacratis ſacerdotes interficient. Ibidē cū mulierib' dormiēt et de ſacris vaſis bibēt: et ad ſepulchra ſanctoꝝ iumenta ligabunt p nequitia xpianoꝝ q̄ tunc erunt et apud aureū pomuz aggripinenſe interibunt ⁊ delentur. Cunctis heu xpianorum principū reſiſtētijs alienatis ⁊ ſemotis dēpto hyſpanoꝝ prīcipe inuictiſſimo q̄ hūc Dogloſij ſucceſſorē necabit: qz eleuatio Saturni ſupra Iouē adhuc nō hz finē. Et ſuccūbet thurcoruz eleuatio adducentur regna ⁊ principatus ad eccleſiam: quia ſagitarij filij id eſt hyſpanioli vel vngarij preualebunt ceteris catholicis: ⁊ fugabunt maliciam ſaturninam thurcinam predictorum infortunioꝝ ſqualore deterſo: ac illi maligni thurci fugati a ſagitarinis ſub ciliadeꝑſenti: ſub monarcha Mari-

Digitized by Google

miliano vel primogenito Archalingis purum ac nitidum fe-
licitatis tempus accidet. Tunc nāq; omni ſopita malitia leti-
tpis Juppiter ille beniuolus decernit gaudia. Et ꝙ ſaturni
malicia ꝑpetrauerat diſcrimine ſalutari Jouis remedio corri-
get. Tranquila namq; felicitatis commoda cum maxima vi-
te leticia decernit. Sicq; malorum omniū veſtigio deterſo e
thurſis vndiq; extirpatis tranſmaria boles videntur volare
et muſce. Eccleſia ſancte ſophie reſumet vires fortiſſimas tūc
proſperū omne Felicitatis tēpus accedet. Leo ſilueſtris ad-
ducetur licio ſirico ad matrez fideliū: eritq; noua reformatio
durans tempora longa. Et non audietur nomen imperato-
ris thurcorum amplius iter catholicos: ꝙ ſi non cōſenſerint
principes germanie cum aquila grandi: inteſtina bella inter
ſe incēdentes. Veniet heres Dogloſij ramus quintuſdecim⁹
thurcorum: deuaſtabit Poloniam Miſiam Thurigiaz Waſiā
Prutenum Et intrabit Picardiam Brabantiam Flādriam.
et apud aureum pomū agripinenſe: iuxta vaticinium. Merli-
ni interficietur. Hec corde recondite o fideles.

De tempore quo euenient hec mala ſupra notata va-
rias autorū inuenio ſententias. Nam ⁊ ſi oēs ꝑ di-
ſtantiā eclipſis ab aſcendēte hoc inueſtigare cognā-
tur. Alij tñ ꝑ horas diſtantie. Alij per ſigna id inqui-
runt: qui tamen inter ſe adhuc diuerſitatē non mo-
dicam recipiunt. Alij aūt pro qualibet hora aut ſigno: mēſem
accipiendū iubent. Alij vero non minoris auctoritatis: vt Ha-
ly ⁊ Ptolomeus pro qualibet hora diſtantie ab aſcendente an-
nū vnū accipiendum cenſent. primo igitur maiores mutādo
erūt hec mala. M.cccc.xcvj. ⁊ eſurgent anno. xcviij. xcix. ccccc.
videbuntur inaudita in hoc ſeculo.

Status et diſpoſitio perfidorum iudeorum nar ratur qualiter ſub his temporibus ſe habebunt. Capitulum. xxvij.

Iſte peſtifer quē Saturnum vereor voci-
tare. Anno. M.cccc.lxxxviij. intrabit domuncu-
las proprias videlicet capricornū ⁊ aquarius. In
quibus quinq; annis malicioſe ſe oſtendet: pro-
funda mala excogitando aduerſus legē iſrael ex-
altādo peſtifero venenatos atq; turpiſſimos iudeos in diuer-
ſis climatibus. Eruntq; principum rectores medici artiſte:
conſiliarij. vnde ipſis ſubſtantia accedet grandeua: amabunt

et magnatib' ꝓpter eleuationē ſaturni in hac coniunctione.
Sz ipſis tutoribus accidēt plura ſiniſtra multaqz incōmoda
tꝑib' elapſis: cū ſaturn' iungetur cornib' arietis. Vñ dñs ad
Ezechielē ꝓphetā. Sumite gladiū radentē pilos ⁊ duces illū
ꝑ caput ⁊ barbā ⁊ tertiā partē piloꝝ cōbures igne ī medio coꝝ
Tertiā partē cōcides gladio: ⁊ tertiā partē diſꝑges ī uētū. Hec
eñi ſupra p̄ncipes ⁊ vrbes tutores ſaturinoꝝ. Tertia pars coꝝ
ſame morietur: ⁊ peſtis in medio coꝝ: ⁊ tertia pars gladio in-
teribit inanē vētū diſperget ⁊ diuulgabit penā illoꝝ: hec faciā
in furore meo: nec parcet eis oculus me': o plebs miſera huc-
uſqz ī miſeria poſita: q̄s te ſeduxit: quis te īfatuauit q̄s execa-
uit te? Nūq̄d ſola auaritia: vt Jeſū denegares: ⁊ aliū meſſiā ex-
pectares: audite o īſēſati miſeriqz ꝓfugi ſaturnini. Nūq̄d terri
bilia accidētia cōmiſcebant̄ ſumme paci bonitati propheti ʒa-
tis ſuꝑ iudeā hieruſalē ꝑ Eſaiā ca. xx. dicentē: ⁊ cōſtabūt gla-
dios ſuos in vomeres ⁊ lanceas ſuas ī falces: nō euelabit gēs
cōtra gentē gladiū: neqz exercebūtur vltra ad preliū: cū ea eñi
pace tꝑe natiuitat꜋ dñi noſtri Jeſu chriſti herodes pueros oc
cidit: vnctio ⁊ ſceptrū a ꝑſidia veſtra ſublata ſunt: ⁊ plura alia
que bonitati ⁊ paci nil derogari vident̄. Vñ audi q̄d ꝓpheti ʒa
uit ille eximi' Ezechiel in lege veſtra. Nūquid dñs dicit. Trā-
ſi ꝑ mediā ciuitatē ⁊ ſigna thau ſupra frontes viroꝝ gemētiū ⁊
dolentiū de abominationib' quas faciunt iſti. Et iterū. Trā-
ſite vos ſex viri per ciuitatē ſequentem eum ⁊ ꝑcutite omnem
virū ſuper quē nō videritis thau: nemini parcet oculus veſter
⁊ a ſanctuario meo incipite. i. ſub viris eccleſiaſticis ac prela-
tis ſidei: o principes electores imperiī vos eſtis iſti ſex viri qui
trucidabūt iſtā venenoſam radicē de alemānia. Unde Ezechi
el. Aquila grādis magnarū alarū id eſt habens in alemannia
oriētē ⁊ occidētē longo mēbroꝝ ductu. id eſt poſtq̄ ſaturnus
obumbrauerit cornua arietis ī domo Martis plena pluuiīs.
id eſt principibus ⁊ coadiutorio magno ⁊ varietate citatū: ve
niet ad libanū imperiī afferet medulā cedri ſubſtātiā iudeoꝝ:
⁊ ſummitatē frōdiū iudeoꝝ trāſportabit ad terrā ſuā ⁊c. O in-
ſenſati q̄d Jacob patriarcha ꝓpheti ʒauit de vobis. nunquid
aiebat? Nō auferet̄ ſceptrū de iuda oſtēdite ſceptrū: oſtēdite re
gē. Audite o ceci q̄d Daniel dicat ca. ſuo. x. Poſt hoc. i. poſt tē-
pli deſtructionē in Hierl̄m naſcet̄ Chriſtus iuſticia ſempiter
na. ⁊ purgabit̄ viſio ⁊ ꝓphetizato. ⁊ vnget̄ ſanct' ſanctoꝝ. De
quo in pſalmo dauid dicit. Propterea vnxit te deus deus tu'
olco leticie. Nunq̄d verus Meſſias Jeſus officiuz imꝑatoris
impleuit cenſum dari precepit ceſari. Nunq̄d officiū regis im-

pleuit cū veſtri rabidi parentes eum coronauerūt. Nūquid of-
ficiū iudicis impleuit. cū adulterā abſoluit de manibꝰ veſtris.
Nunquid officiū legatoris īpleuit cū p̄cepta dedit. Nunq̄d offi
ciū Pape īpleuit cū Petro claues dedit ⁊ ſupra cathedrā Moy
ſi vbi ſedebatis qđ dixerūt audiri precepit. Nunq̄d officiū apo
ſtoli ip̄e Jeſus verꝰ meſſias adīpleuit cū apoſtolos ordinauit
in p̄ſbyteros. Nunq̄d officiū ſacerdotꝭ īpleuit cū vos rabidi eū
obtuliſtis ī arā crucis. Nunq̄d officiū dei īpleuit: cū multa mi
racula vobis oſtēdit. Nunq̄d religioſorū officiū īpleuit cū ſū-
me pauꝑ ⁊ obediēs fuit. Nunq̄d penitētis officiū impleuit cuȝ
xl. dies ieiunauit. Nunq̄d martyrū officiū īpleuit cū eū cruci
affixiſtis. Nūquid cōfeſſoris officiū īpleuit cū vobis p̄dicauit
doctrinā ſanā quā intelligere noluiſtis. Nunq̄d virgo ꝑmāſit
a virgine natꝰ. virgo in euū manet. Vñ veſter meſſias quē fin-
gitis venturū tot tātaqȝ vobis faciet. Quid verꝰ Meſſias vobis
dixit. Multa bona oſ̄di vobis ꝓpter que vultis me occidere.
quotidie apud vos erā docēs ī tēplo. o ſcelus o crudele nefas
q̄ obedire cōtēnitis fidei: venient dies ī breui: in q̄bꝰ dicetis te-
ſtimoniū hoīm accepimꝰ. teſtimoniū aūt dei maius eſt. oēs q̄
veſtris venis adheſerūt: eternis penis aſſociabūtur. Et extir-
pabitꝰ radix ſaturninā ex alemānia. dabitiſqȝ fugā vt ꝓfugi ad
trāſmarina. Effudit dñs miſericordias ſuas copioſe ſupra vos
miſericors poſt placationē. Sȝ aiſtis. hic ē heres venite occi-
damus eū ⁊ habebimꝰ hereditatē eiꝰ: ⁊ apprehēſuȝ eū occidi-
ſtis ꝓpterea diſꝑſit dñs vos obduratos in vniuerſum mūdū.
vt iā nō habetis prophetas. regē. ſacerdotes. altare. neqȝ ſa-
crificiū. neqȝ vnctionē: ſed eſtis contēptibiles toti mūdo. ⁊ in
deſolatione ꝑpetua. Dañ. ca. ix. vſqȝ ad conſummationē et fi-
nem perſeuerabit deſolatio veſtra. Et iterum audite o miſeri
qui Amos propheta dixit. ij. cap. Supra tribus ſceleribꝰ iſra-
el cōuertam vel transferam et ſupra quartum non cōuertam
eos qui vendiderant iuſtum pro argento. Primum ſcelus iu-
deorū fuit venditio Joſeph a fratribus ſuis. Secundum fuit
adoratio vituli in oreb. Tertium ſcelus fuit occiſio propheta-
rum. vt dicitur in lib. hebraico qui dicitur Jehomat ca. vj. de
Eſaia. Quartum ſcelus fuit venditio Jeſu. Jdeo dixit Mala-
chias cap. j. Non eſt mihi voluntas in vobis nec ſacrificium
veſtrum recipiam. quoniā ab ortu ſolis vſqȝ ad occaſum eius
magnum eſt nomen meum in gentibus. i. chriſticolis. Unde
Moyſes Deutrono. xxviij. Erunt gentes in capite/ et popu-
lus incredulus in cauda. i. in fine mundi. pauci iudei conuer-
tentur ad fidem videntes ſe eſſe illuſos per antichriſtū. Jdeo

Eſaie.lxix.capit.dicitur Interficiet te populũ incredulũ. de
iſrael vocabit ſeruos ſuos nomine.i. gentes chriſtianas. Et
hoc de perfidis iudeis ſufficiant.

¶ Varijs exemplis monſtratur vis ⁊ influentia corporum celeſtiũ in iſta inferiora ideoq̃ notãda.

Capitulum.xxviij.

CRedendũ eſt vtiq̃ apud omnes in viuen-
tibus produci ſemen/cui maxima virtus cõnaſci-
tur mirifica cõmixtione ſummi creatoris prouidẽ-
tia.Gen.j.Germinet terra herbam virentem ⁊ faci-
entẽ ſemen.ita vt granũ vnũ centuplũ ꝓducat.Nu
ce.viij.⁊ ex nucleo minimo in milleſies millecuplo maior.ar-
bor gignitur.In his quoq̃ infinite ꝑ ſuccedentiũ ſpiritũ gi-
gnitiuorũ:quẽadmodũ ⁊ in ſpermatibus aĩalium:nemo ſane
mentis dubitet virtutes cõtineri.Creſcunt ⁊ gemme virtute
aſtrorũ agentiũ.in terra partes eius alterando.ſoluendo.ſe-
gregando.⁊ purificando.ſuis virtutibus preparant ſpiritum
vi ſeminali ſimilẽ immittẽdo:vnde coagulant̃ et infiguntur.
ficq̃ fiendis virtus ⁊ natura inhibetur ⁊ connaſcitur q̃ maxi-
ma apparuit apud philoſophos:⁊ adhuc apparẽt cõſtellatio-
nibus ſuis debite adaptatis.vt virtus topaſij deſcendit ab al
pheta ſapphyri ab albaroch.vt hermes tradit in ſuo de.xv.la-
pidibus.Sic ⁊ metallorũ muneris a formis celeſtib' virtutes
preſtant̃ operationibus naturalib' multis ſibi inuicẽ ſuccedẽ-
tibus:ad quarũ inſtar philoſophi achimiã ordinauerũt i opa-
tionib' ſuis naturã poſſe tenus imitãdo q̃ corpa primũ calci-
nãt:deinde ſoluũt elemẽta ſegregãt.vt ſpiritũ ſublimatũ fere
a ꝓprietatib' elemẽtarib' abſolutũ recipere poſſunt quẽ fingẽ-
do cõſtituũt.put tradit Geber cui ſimilis vt viuẽtiũ ſimilib'
maxima virt' ineſt purificandi metalla.corũq̃ materiã alte-
rãdi.ac in aliud gen'.iuxta ei' ꝑparationẽ trãſmutãdi. harũ
rerũ cõmemorationẽ feci.qm̃ ſimilis ꝓceſſus fit ex aſtrorũ in-
fluxib'.Intellecto itaq̃ ordine ⁊ modo quo celeſtiũ virtus in-
fundit̃ ãpli' cõtẽplari oportet.Qm̃ ſicut gẽme.herbe ⁊ ſemina
⁊ alie rũs virtutes hñt occultas.ſenſu nõ ꝑceptibiles immo i-
tellectu nr̃o imerſo incõprehẽſibiles. dicẽte Alkindo. Cũ em̃
oĩs hũana ꝯditio ex ſẽſu oriat̃.quare rerũ ꝓprietates ꝙ pluri-
me quas ſenſus nõ cõprehẽdit de eis ⁊ earum conditionibus
nõ fit ſcientia in ratiõe.Iſte em̃ virtutes ſeminũ diuerſitates
mẽbrorũ organorũ:cõplexionum figurarũ: colorũ: oĩmq̃ qua

litatum occultarū ⁊ magnifeſtarū iuxta diuerſarum ſpecierū conditiones efficiunt. Sic gēme ⁊ herbe ſimiliter et virtutes corporis aīalis incōprehenſibili proprietate mirādos ac prodigioſos effect⁹ opat᷑. Sic ex iſta ꝓdigioſa cōſtellatiōe naſcet᷑ ꝓpheta in anno. M.cccc.xcvj. vel circiter vt ſequitur.

¶ Dicitur ſanctus ⁊ doctus propheta mittēdus qui emergētibus multis erroribus circa fidē feruēter predicabit. Capitulum.xxix.

Cum multe ſecte orientur et aliarū rerum culture in breuib⁹ annis ſub iſtis prenotatis tēporibus. Tunc vir ſapiens orator cum ad annos peruenerit diſcretionis. Impetus celeſtes perpēdēs cōmotiones in populo cupiens facere. Hic populū hortat᷑ ꝑſuadet ⁊ variis geſtis aīos eoꝝ corroborat et inclinationes ⁊ impetus cōfirmat vtilitates populi ⁊ dāna et cetera prenūcians. Vñ inter ſe confortantur ⁊ cōfederationes ⁊ pacta ineūt: qͥbus in agibilibus ſuis ſe gerūt iuxta influxus qualitatē. Dicit em̄ Ariſto. ii. de gñatione. In habētibus ſimbolū facilior eſt tranſitus. Impetu ergo in populo exiſtēti ꝑſuaſio ipſius in idipſum efficaciſſima ⁊ motus fortiſſimi erunt Vñ ſuſcitatur ⁊ gignit᷑ animus populi ⁊ furit in ſua affectiōe. Carbones em̄ ſufflantur flatu ſola ſcintilla preexiſtenti incenduntur. Quare ſuſcitare habet talis propheta amicitias ⁊ ſeditiones tripudia ⁊ bella ⁊ alia ſecundū ꝙ aſtrorū influx⁹ populū impellit: hic quoqꝫ vir ſi notitiā aſtrorū vel coniecturalē futurorū cognitionē aut imaginē ſciētiā habuerit: populum ſuis orationibus preſagiis ⁊ ꝓdigiis ſic inducet ⁊ obūbrabit: vt ipſum ꝓphetā enūciēt legib⁹ quoqꝫ ſuis tanꝙ diuinis adherere ſtudebūt timore ⁊ amore ſcutiēte: ⁊ ſi facta volūt maxime ꝓmouebūt ſuaqꝫ ſtrata gēmata dirigent cū glorificatione ſcđm habitudinē applicationū aſtroꝝ tales impet⁹ faciētiū. Hac via multe tūc orient᷑ ſecte ī mūdo ⁊ alienarū rerū culture ꝑ nouos prophetas ⁊ deificantur hoīes. Vt in hiſtoria tripartita lib. vij. legit᷑ ſic. Quia vero ꝓpriū paganorū eſt hoīes ſumma felicitate deificare. Et poſt pauca ibidē dr. Cilicē vero tertiūdecimū deū adrianū appellauerūt. Ita ⁊ malis agibilib⁹ et obſeruationibus mūdi mutationes fiunt varie iuxta rei qualitatem. ſub iſto propheta noue orientur leges: ⁊ abrogantur veteres. Viri docti iuriſte deprauabuntur. Mercurij felicitas amittet᷑ in pluribus regnis. Mala moneta exurget vbiqꝫ: vñ

Digitized by Google

populus vndiq; exactionatur: ſic ꝙ tumultus magnus exur-
get in populo chriſtiano. rebelliſantes cōtra magnates. Inſi-
die multe latēter orient̄ l pegris ac itinere arreptorib⁹. Mul-
tiq; rabidi holes ſic ꝙ timor ac tremor in populo videbit̄ que
antea nō fuit audita. Ex iſtis nouis inclinationib⁹ exurgent:
ſequunturq; magne alterationes aeris annis iſtis.

¶ Rex quidā nouus dicit̄ generādus magn⁹ q̄ no- uas leges ⁊ cōſtitutiones promulgabit. Cap. xxx.

Oportebit condere nouas leges propter hu-
manā neceſſitatē ⁊ euidentē vtilitatē ei⁹. ⁊ aliqñ ali-
qua priuilegia ⁊ leges abrogare: cū. ff. lex dicat. In re-
bus nouis cōquirēdis euidēs eſſe vtilitas debet: vt recedatur
ab eo iure qd̄ tādiu equū viſū eſt. Hac via vna iuris portio cō-
ſtituit̄. qua ſcz neceſſitas cōſtituit. oriunt̄ tūc ex neceſſitate q̄-
dā inclinationes ⁊ mores noui q̄b⁹ aſſueſcūt ⁊ tacitus fit con-
ſenſus. qm̄ eoꝝ obiectū ꝓpter ſenſualitatis īperiū videt̄ bonū
qualecūq; etiā fuerit. Et inde lex oriet̄ dicēte lege. ff. ea que lō-
ga cōſuetudine approbata ſunt. ac ꝑ annos plurimos obſer-
uata. velut tacita ciuiū cōuētione. nō minus ꝙ ea que ſcripta
ſunt iura ſeruātur. ergo oē ius aut cōſēſus fecit. aut neceſſitas
cōſtituit aut firmauit. In oībus eīm legibus cōſenſus populi
eſt neceſſarius. populus aūt ſenſualitatē plurimū ſequit̄ que
impellit̄ a celeſtib⁹. Adiutoriū ergo in celeſtibus legiſlatorem
habere oportet. vt populus ſuo iudicio cōſentiat. Alioquin le-
giſlator optimus ſimile faceret ei q̄ vulpes domauit. ipſiſq;
in paſcuis cuſtodē gallū prefecit. Et cōfirmatur hoc in lege di-
geſtoꝝ Inueterata cōſuetudo ꝓ lege nō cuſtoditur. niſi ſit mo-
ribus vtentiū conſtituta. Nā cū ipſe leges nulla alia ex cauſa
nos teneant. ꝙ cū iudicio populi recepte ſunt merito. et ea q̄
ſine vllo ſcripto populus tenet. nā nihil itereſt vtrū ſuffragio
populus voluntatē ſuā declaret. an rebus ipſis ⁊ ſacris. quare
